Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8298
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Post duos autem dies Descendit in capernaum ipse et matr eius et fratres eius et ibi manserunt non multis diebus.

Et prope erat pascha iudeorum et ascendit ihesus hierosolimam.

Et invenit in templo vendentes boves et oves et columbas et nummularios sedentes.

Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo oves quoque et boves et nummulorum effudit aes et mensas eorum subvertit.

Et iis qui columbas vendebant dixit auferte hinc et nolite facere domum patris mei domum negotiationis.

Recordati sunt autem discipuli eius quia scriptum est zelus domus tue comedit me.

Et ait illi iudei quid signum ostendis nobis quia hec facis.

Respondit ihesus et dixit eis solvite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud.

Dixerunt iudei quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc et tu in tribus diebus excitabis illud.

Ipse autem dicebat de templo corporis sui.

Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat et crediderunt scripture et sermoni quem dixit ihesus.

Cum autem esset hierosolimis in pascha in die festo multi credentes in nomine eius videntes signa quae faciebat.

Ipse autem ihesus non credebat semetipsum eis eo quod ipse nosset omnes.

Et quia non opus habebat ut testimonium perhiberet quis de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

Erat autem homo de phariseis nicodemus princeps iudeorum.

Hic venit ad ihesum nocte dixit ei rabbi scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim hec signa facere potest quae tu facis nisi fuerit deus cum eo.

Respondit ihesus et dixit ei amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum dei.

Dicit ei nicodemus quomodo potest homo nasci cum sit senex. Numquid potest in ventrem matris suae iterum introire et renasci.

Respondit ihesus amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei.

Quod natum est de carne caro est et quod natum est de spiritu spiritus est.

Non mirabile dixi tibi oportet nos nasci denuo.

Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis sed nescis unde veniat aut quo eat sic est omnis qui natus est ex spiritu.

Respondit nicodemus et dixit ei quomodo fiet hoc.

Respondit ihesus et dixit ei tu es magister israhel et hec ignoras.

Amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur et quod vidimus testamur et testimonium nostrum non accipitis.

Si terrena dixi vobis et non credidistis quomodo si dixero vobis caelestia.

Et nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo filius hominis qui est in caelo.

Et sicut moysi exaltavit serpentem in deserto ita exaltari oportet filium hominis.

Ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam aeternam.

Sic enim dilexit deus mundum ut filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam aeternam.

Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum sed ut salvetur mundus per ipsum.

Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit iam iudicatus est quia non credidit in nomine unigeniti filii dei.

Hoc autem iudicium quia lux venit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem erant enim eorum mala opera.

Omnis enim qui malum agit odit lucem et non venit ad lucem ut non arguantur opera eius.

Qui autem facit veritatem venit ad lucem ut manifestentur opera eius quia in deo sunt facta.

Post hoc venit ihesus et discipuli eius in iudeam terram et illic morabatur cum eis et baptizabat.

Erat autem iohannes baptizans in aenon iuxta salim quia aquae multae erant illic et venebant et baptizabantur.

Nondum enim missus erat iohannes in carcerem.

Facta ergo quaestio iohannis cum iudeis de purgatione.

Et venerunt ad iohannem et dixerunt ei rabbi qui erat tecum trans iordanem cui tu testimonium perhibuisti ecce hic baptizat et omnes venerunt ad eum.

Respondit iohannes et dixit non potest homo quicquam accipere nisi fuerit ei datum de caelo.

Vos mihi testimonium perhibetis quia dixi non sum ego christus sed quia missus sum ante illum.

Qui habet sponsam sponsus est amicus autem sponsi qui stat et audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi.

Hoc gaudium meum hoc ergo impletum est.

Illum oportet crescere me autem minui.

Qui de superiore venit super omnes est. Qui de terra est de terra loquitur. Qui de caelo venit super omnes est.

Quod vidit et audivit hoc testatur et testimonium eius nemo accipit.

Qui autem accepit testimonium eius signavit quia deus verax est.

Quem enim misit deus verba dei loquitur. Non enim ex mensura dat deus spiritum.

Pater diligit filium et omnia dedit in manu eius.

Qui credit in filium habet vitam aeternam. Qui autem incredulus est filio non videbit vitam sed ira dei manet super eum.

Cognovit ergo dominus quod audierunt pharisei quod plures discipulos facit iohannes et baptizat quam iohannes.

Quamvis ihesus non baptizaret sed discipuli eius.

Reliquit iudeam et abiit iterum in galileam.

Oportebat autem eum transire per samariam.

Venit ergo in civitatem samariae quae dicitur sichar iuxta praedium quod dedit iacob ioseph filio suo.

Erat autem ibi fons iacob. Ihesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem hora autem quasi sexta.

Venit mulier samaritana haurire aquam. Dicit ei ihesus da mihi bibere.

Discipuli enim eius abierant in civitatem ut cibos emerent.

Dicit ergo mulier samaritana ad eum quomodo tu iudeus cum sis a me samaritana bibere petis. Non enim coutantur iudei samaritanis.

Respondit ihesus et dixit ei si scires donum dei et quis est qui dicit tibi da mihi bibere tu forsitan petisses eum et dedisset tibi aquam vivam.

Dicit ei mulier domine neque in quo haurias habes et puteus altus est unde ergo habes aquam vivam.

Numquid tu maior es patre nostro iacob qui dedit nobis puteum et ipse ex eo bibit et filii eius et pecora eius.

Respondit ihesus et dixit ei omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum.

Qui autem bibit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in aeternum.

Sed aqua quam dabo ei fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.

Dicit ei mulier domine da mihi hanc aquam ut non sitiam neque venio huc haurire.

Dicit ei ihesus vade vocem virum tuum et veni huc.

Respondit mulier et dixit non habeo virum. Dicit ei ihesus bene dixisti quia non habeo virum.

Quinque enim habuisti viros et nunc quem habes non est tuus hoc vere dixisti.

Dicit ei mulier domine video quia propheta es tu.

Patres nostri in hoc monte adorabant et vos dicitis quia hierosolimis est locus ubi adorare oportet.

Dicit ei ihesus mulier credito mihi quia venit hora cum neque in hoc monte neque in hierosolimis adorabitis patrem.

Vos adoratis quod nescitis nos adoramus quod scimus quia salus ex iudeis est.

Sed venit hora et nunc est cum veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate.

Nam et pater tales quaerit qui adorent eum.

Spiritus est deus et eum qui adorant in spiritu et veritate oportet adorare.

Dicit ei mulier scio quia messias venit qui dicitur christus cum autem venerit ille nobis annuntiabit omnia.

Dicit ei ihesus ego sum qui loquor tecum.

Et ecce venit ad eum regulus cuius filius infirmabatur in capernaum.

Et cum audisset quia ihesus adventat a iudea in galileam abiit ad eum et rogabat eum ut descenderet et sanaret filium eius incipiebat enim mori.

Et ait ihesus nisi signa et prodigia videritis non credetis.

Dicit ei regulus domine descende priusquam moriatur filius meus.

Dicit ei ihesus vade filius tuus vivit.

Credidit homo sermoni quem dixit ei ihesus et ibat.

Iam autem eo descendente occurrerunt ei servi nuntiantes quia puer eius vivit.

Dixit ergo eis hora in qua melius habere coepit puer heri hora septima reliquit eum febris.

Cognovit ergo pater quia illa hora in qua dixit ei ihesus filius tuus vivit et credidit ipse et domus eius tota.

Hoc iterum secundum signum fecit ihesus cum venisset a iudea in galileam.

Erat iudea regulus

Dominica prima post pentecoten

Deinde cum esset dies festus iudeorum ascendit ihesus hierosolimam.

Est autem hierosolima piscina probatica quae cognominatur hebraice bethsaida quinque porticus habens.

In his iacebat multitudo magna languentium caecorum claudorum aridorum.

Erat autem quidam homo ibi triginta octo annis habens infirmitatem suam.

Hunc cum vidisset ihesus iacentem et cognovisset quia iam multum tempus habet dicit ei vis sanus fieri.

Respondit ei infirmus domine hominem non habeo ut cum turbatus fuerit aqua mittat me in piscinam. Dum autem venio ego alius ante descendit me.

Dicit ei ihesus surge tolle grabatum tuum et ambula.

Et statim sanus factus est homo et tulit grabatum suum et ambulabat.

Erat autem sabbatum in die illo.

Dixerunt ergo iudei illi sanato non licet tibi tollere grabatum.

Respondit illis qui me sanavit ipse mihi dixit tolle grabatum tuum et ambula.

Interrogaverunt eum ergo quis est homo qui dixit tibi tolle grabatum tuum et ambula.

Ille autem nesciebat quis esset. Ihesus enim declinavit a turba quae erat in loco.

Postea invenit eum ihesus in templo et dixit ei ecce sanus factus es iam noli peccare ne quid tibi deterius contingat.

Abiit homo et nuntiavit iudeis quia ihesus est qui fecit eum sanum.

Et propterea persequebantur iudei ihesum quia haec faciebat in sabbato.

Ihesus autem respondit eis pater meus usque modo operatur et ego operor.

Propterea ergo magis quaerebant iudei ihesum interficere quia non solum solvebat sabbatum sed et patrem suum dicebat deum aequalem se faciens deo.

Respondit ergo ihesus et dixit eis amen amen dico vobis non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem.

Quae enim ille fecerit haec et filius similiter facit.

Pater enim diligit filium et omnia demonstrat ei quae ipse facit et maiora horum ostendet ei opera ut vos admiremini.

Sicut enim pater suscitat mortuos et vivificat sic et filius quos vult vivificat.

Nec enim iudicat pater quemquam sed omne iudicium dedit filio.

Ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit eum.

Amen amen dico vobis quia qui verbum meum audit et credit mittenti me habet vitam aeternam et in iudicium non venit sed transit a morte in vitam.

Amen amen dico vobis quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei et qui audierint vivent.

Sicut enim pater habet vitam in semetipso sic dedit filio habere vitam in semetipso.

Et potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est.

Nolite mirari hoc quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius.

Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii.

Non potest ego a me ipso facere quicquam sicut audio iudicabo et iudicium meum iustum est quia non quaero voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me patris.

Si ego testimonium perhibeo de me testimonium meum non est verum.

Alius est qui testimonium perhibet de me et scio quia verum est testimonium quod perhibet de me.

Vos misistis ad iohannem et testimonium perhibuit veritati.

Ego autem non a homine testimonium accipio sed haec dico ut vos salvi sitis.

Ille erat lucerna ardens et lucens.

Vos autem voluistis exultare parumper in lumine eius.

Ego autem testimonium maius iohannis habeo opera enim quae dedit mihi pater ut perficiam ipsa opera quae ego facio testimonium perhibent de me quia pater meus misit me.

Et qui misit me pater ipse testimonium perhibuit de me.

Neque vocem eius audistis umquam neque speciem eius vidistis.

Et verbum eius non habetis in vobis manens quia quem misit ille huic vos non credidistis.

Scrutamini scripturas in quibus putatis vos habere vitam aeternam.

Et illae sunt quae testimonium perhibent de me.

Et non vultis venire ad me ut vitam habeatis.

Gloriam ab hominibus non accipio.

Sed cognovi vos quia dilectionem dei non habetis in vobis.

Ego venio in nomine patris mei et non accipitis me si alius venerit in nomine suo illum accipietis.

Quomodo potestis vos credere qui gloriam ab invicem accipitis et gloriam quae a solo deo est non quaeritis.

Nolite putare quia ego accusabo vos apud patrem. Est qui accusat vos moysi in quo vos sperastis.

Si enim crederetis moysi crederetis forsitan et mihi de me enim ille scripsit.

Si autem illius litteris non creditis quomodo verbis meis credetis.

Haec autem cum dixisset abiit ihesus trans mare galilee quae est tiberiadis.

Et sequebatur eum multitudo quia videbant signa quae faciebat super eos qui infirmabantur.

Subiit autem in montem ihesus et ibi sedebat cum discipulis suis.

Erat autem proximum pascha dies festus iudeorum.

Cum levasset ergo oculos ihesus et vidisset quia multitudo magna venit ad eum dixit ad philippum unde emimus panes ut manducent hi.

Hoc autem dicebat temptans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus.

Responsit ei philippus ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis ut unusquisque modicum quid accipiat.

Dicit ei unus de discipulis eius andreas frater simonis petri.

Est puer hic qui habet quinque panes hordeaceos et duo piscia sed haec quid sunt inter tantos.

Dixit ergo ihesus facite homines discumbere erat autem fenum multum in loco.

Discumbebant ergo viri numero quasi quinque milia.

Accepit ergo panes ihesus et cum gratias egisset distribuit discumbentibus similiter et de piscibus quantum volebant.

Ut autem impleti sunt dixit discipulis suis colligite fragmenta ne quid pereat.

Collegerunt ergo et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum de quinque panibus hordeaceis quae superfuerunt.

Ergo homines cum vidissent quod fecit ihesus signum dicebant quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum.

Ihesus ergo cognovit quia venturi sunt ut rapiant eum et faciant eum regem fugit iterum in montem ipse solus.

Et ut vespera facta est descenderunt discipuli eius in mare.

Et cum ascendisset navem venerunt trans mare in capernaum.

Et tenebrae iam factae erant et non venerat ad eos ihesus.

Mare autem vento magno flante exurgebat.

Cum autem navigassent quasi stadia viginti quinque aut tricenta videbant ihesum ambulantem super mare et navem adpropinquantem et timuerunt.

Ego autem sum ihesus. Nolite timere.

Illi autem volebant eum accipere in navem et mox navis fuit ad terram in qua ibant.

Die autem secundo quae fuerat ad mare stabat navis.

Et cum esset navis in medio mari et ipse solus in terra.

Et cum esset navis in medio mari et ipse solus in terra.

Et cum esset navis in medio mari et ipse solus in terra